

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I. D. & Prof. Ad Festum
Pentecostes Summa cum animorum devotione rite celebrandum Omnes
Academiae Cives serio adhortatur**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734824041>

Druck Freier  Zugang



R.U. Progr. 1648

1) Johann Auistorp

2) Heinr. Rahne

3) - "

4) - "

5) Joach. Schnobel



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734824041/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734824041/phys_0002)

DFG

3

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,
J. D. & Prof.
FESTUM PENTECOSTES
Summa cum animorum devotione rite celebrandum
Omnes Academia Civis serio adhortatur.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Academia
Typographi, Anno 1648.

RACTOR
Diversifiziert Röntgenstrahlung
HENRICA RANIN
I. D. 1913
ESTAMPANTE
GOSTES

Gumina curit annitione
votiope hysccepianum
Danae amare C. 1913



ROSTOCK
T. N. NICOLAI KITTE
Festschrift zum 100-jährigen Bestehen

Um in eo jam esset, ut Conservator noster peractis in terra omnibus, quæ ad obtainendam assentendamque generis humani salutem pertinebant, sursū in cœlos reciperebant; congregatis duo decimviris suis hunc in modum præcepit:

*Tempus abire mihi est, vos hic durate, nec Urbem
Orbit prius mutate, De Il quām SPIRITUS alto
Induat è cœlo cunctos post pauca dierum.*

Cui dicto audientes illi, precibus indies ad Deum patrem effusis, promissum Hierosolymis præstolantur. Et ecce in ipsa Pentecostes solemnitate derepente ad eos cœlitus SPIRITUS sanctus, maximo cum sonitu, ac velut impetuosis simi venti cujusdam flatu deruit,

— — E simul omneis

Irrigat igne suo: variaeque oracula lingua

Omnibus inspirat.

Ita quidem, ut nulla gens sub sole degeret, cuius illi linguam non, quam optimè, quam perfectissimè callerent, haud secus ac si vernaculae eis essent, easque cum primo nutricis lacte imbibissent.

A 2

sent.

sent. Itaque factum, ut, cum eâ temporis solennitate, omnium fere nationum homines in Urbe versarentur, visis atque auditis Apostolis, suam in qua quicquid habet essent, audientes linguam, mirarentur, obstupescerent, & exclamarent:

*Nonne hi sunt omnes Galilai? quomodo linguis
Ergo loqui variis audiimus nostra, sub omni
Qui sumus orbe sati?*

Divinum profecto magisterium in hoc secessum omnium manifestissime exseruit. Nec vero est, quod aliquis Dæmoniacos vel arreptitos nobis objiciat, quos ignotâ aliquid lingvâ deblaterare aliquando forte contingit. Neque enim locuntur ipsis, sed Cacodæmon ille juratus humani generis hostis per eos ipsorum abutens linguis miseris interea eorum quæ effutiunt haud quicquam intelligunt, sed tibiarum instar aliunde inflati, sine mente sonos edunt. Quid igitur isti commune habent cum Apostolis? Hi revera ipsis locuti sunt, & *verbis* sermonis sui formatores atque effectores extiterunt. Quærat quis quem donum istud linguarum usum habuerit? Unum Apostolus indicat, linguas infidelibus dicens esse signum, nempe, maledictionis & pœnæ instantis. Ut enim alia signa fidem piorum adficiabant, obstinationem verò infidelium convincebant:

cebant. ita præfractos & pertinaces Judæos tan-
to magis redarguebat linguarum exoticarum
donum, quanto illustrius erat prædictionum
Prophetarum complementum. Alter usus lon-
gè fuit augustissimus. Nam linguarum beneficio
fieri debuit, ut salutaris Evangelii concio, ex illis
gentis Hebrææ angustiis educata, in omnes terras
atque maria propagaretur; omnibus populis ac
gentibus annunciatetur. Quid miseris mortali-
bus donari potuit præstantius? quid dignius?
quid utilius? Fateor equidem varietatem lingua-
rum, quā impedita fuit constructio turris in Sine-
ar primitus exquisitissimæ pœnæ loco infictam
fuisse. Tunc enim, una cum esset omnium mor-
talium lingua, confusionem linguarum induxit.
Deus, ut turbaret atque disijceret eos, qui non se-
cūs, quām de gigantibus deos & cœlum oppu-
gnantibus, finxit antiquitas, munimentum fir-
missimum, & arcem sua opinione inexpugnabi-
lem contra verum D E U M construere, eumque
veluti in ordinem redigere, & leges ipsi præscri-
bere conati sunt. At ut illa ingens olim pœna
fuit, ita hoc sane ingens est donum, & ad Eccle-
siæ ædificationem maximum habet momentum.
Quippe nos ipsi huic beneficio linguarum debe-
mus, quod fideles D E I servi omnimoda illa-

A 3

lingua-

linguarum cognitione instructi, nostro idioma-
te doctrinam C H R I S T I in hanc etiam mun-
di plagam disseminârunt. Plura, C I V E S A C A-
D E M I C I , audietis è suggestis, quibus nos de-
ditâ opera hoc loco supersedemus, intenti dun-
taxat ad hoc, quod officii ratio à nobis exigit, &
quod etiam me tacente decere vos intelligitis
Agere vos gratias jubemus D E O ter optimo
maximo, quod Ecclesiam suam cùm summis aliis
longeque amplissimis beneficiis, tum etiam hoc
admirabili linguarum dono auxerit atque orna-
verit: quod idem etiam superioribus seculis ne-
glectum ac barbarico revera cæno demersum,
denuo in lucem produxerit atque expoliverit.
P ræclarè Philosophorum quidam dixit olim, id-
circo hominem orbis hujus universi Antistitem,
ab illo sapientissimo mundi architecto condi-
tum &c in hanc scenam terreni theatri ablegatum
esse, ut spectator divinorum operum esset, neque
vero spectator solum sed interpres etiam ac ce-
lebrator. Agnoscamus igitur & nos magnalia
DEI & agnita publicè, pro ea ac debemus, animi
devotione, celebremus. Incubamus, inquam,
in id omni conatu, ut præsens hoc festum piis
precibus ac meditationibus sacris transigamus,
atque ita templa D E I , & Spiritus sancti ^{omnigenia}
simus

simus, eademque ad extremum usque vitæ halitum constanter maneamus. Nullo profecto majore supplicio potest afficere DEUS illos, qui parere nolunt salutaribus monitis ipsius, quam si eos patiatur indulgere, atque obsequi cupiditatibus suis, & sua consilia sequi, quibus sibi pestem ac perniciem machinantur, & comparant; idque tum maximè, cum sibi sape re ac rebus suis optimè consulere videntur. Itaque semper orandus est, ut nos ipse Spiritu suo sancto regat ac gubernet. Quicunque enim spiritu DEI ducuntur, ut ait Apostolus, iij sunt filii DEI, cæteri DEUM non propitium, sed iratum habent. Ea sunt hodie tempora, ea est illas malorum, quorum sub pondere facile succumbemus, absque Spiritus sancti robore essemus. Est enim dulcis ille Paracletus non sanè ægyp@; sed consolatione perfundens fidelium animos, omnem intellectum superante, longeque diversissimam à mundi larvis, quæ in lucta tentationum protinus evanescunt, & pro thesauris carbones hominibus relinquunt. Date igitur huic animorum vestrorum altaria, ut flamas injiciat; cor dium Capitolia, ut charitatem accendat; mentiū sacraria, ut radios suæ lucis immittat; vostros præsentate, ut puritatem infundat. In ejus obsequio

obsequio gratissimum est & vivere, & mori. Tu
vero age,

Lux de luce, DEI majestas fulgida, flammam
Nostrorum penitus animorum infunde medullis,
Ut propiore tui radii virtute calecant.
Nullibi sufficimus sine te, sine numinis auctu.
Indulituque tui: quid enim possimus? ad unum
Ausi omnes immane nefas. Verum elue labem
Concretam; sterilesque riga pietatis; Igni
Algida corda fove; rege de via; duraque flecte:
Divinosque animos, contermina pectora a celo
Immitte, ut per Te Mundum superemus. Or.
Gaudia in aetherio capturi aeterna Senatu. (cum,

FIAT! FIAT!

P. P. Rostochi sub sigillo Academiæ, feria pri-
ma Pentecostes, AN. CLX. Ioc XLIX.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734824041/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734824041/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734824041/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734824041/phys_0012)

DFG

ē paradiso ejeci tenebris flan-
nati eramus. Nunc verò per Nati-
losam sic Deo conjungimur, ut
credentes filii Dei & æternæ glo-
nunc filius Dei factus nostra caro
Deus in nobis, cum nobis, inter-
adeoq; totus nobis natus & datu-
cat, blandè ad se invitat, & delici-
habet. Pax nobis cum Deo nunc
ciliatio perfectissima, benevolen-
Quis enim à Deo nos jam separab-
mo & frater noster factus sibi co-
bit, quorum caussam Deus ipse a-
suam impertit, quos velut oculi
sponsus sponsam, aut pastor fidei
& defendit? Qui deniq; peccatu-
fernus ullâ ratione nos turbare a-
tranquilla deicere possent, cùm
mus propitium, peccatores reci-
tris instar solantem, vitam &
sanctè promittentem? GAUDETE
hoc Servatore nostro semper, &
dico, GAUDETE, curas procul-
te, quia nobis adest I M M A N U
Angelicam, quâ nato Christo
G N U M universo orbi partum
ciatur. Exurgat anima quævis D.
Dominum & in Deo salutis suæ
Canamus cum Ecclesiâ: Grates



ernis desti-
anc miracu-
incarnatum
evadamus:
manuel, est
ropter nos,
amicos vo-
er homines
ima, recon-
ma & imota.
eus ipse Ho-
quis accusa-
s justitiam.
llam velut
am custodit
o, mors, in-
ite solidâ ac
unc habeat
afflictos ma-
eleste nobis
in Domino
m Apostolo
nihil metui-
tate vocem
U M M A-
oribus nun-
magnificet
ico exultet.
es reddamus
Domi-